UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Praecepta Pars ...

Tractatus IV. Præliminaris. Ad Præcepta Secundæ Tabulæ De Justitia, & Restitutione in communi

Sporer, Patricius

Salisburgi, 1713

Privilegium Cæsareum.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-59506

Visual Library

Mandatum A.R.P. Miniſtri Provincialis.

F. Franciscus Selder, Ord. FF. Min. Recoll. Prov. Argent. Minister Provincialis &c. V. P. Demetrio Widman, SS. Theol. Lectori Ordinario ſalutem in Domino.

CVm poſt evulgationem Tyrociniorum Sacramentalium à M.V.P. Patritio Sporer, Provinciæ noſtræ SS. Theol. Lectore Jubilato compoſitarum, ubique paſſim, nedum à noſtris, ſed etiam extraneis tam Religioſis, quàm Parochis, avidè affectentur, & optentur cæteræ quoque materiæ ab eodem præfato ſuper Decalogum conſcriptæ; hinc ut omnium deſiderio ſatisfiat, Tibi ad majus meritum ſalutaris Obedientiæ hiſce injungo, quatenus easdem ſedulò colligas, & meliori modo, quo viſum fuerit, diſponas, ac diſpoſitas, à te & aliis SS. Theol. Lectoribus ad id deputatis lectas ac cenſas, prælo opportunè committas. Dabam in Conventu noſtro Auguſtano die 13. Jun. 1686.

(L.S.)

F. FRANCISCUS,
qui ſuprà.

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

CVm Sac. Cæſareæ Majeſtatis Privilegio cautum ſit omnibus & ſingulis Typographis & Bibliopolis, ne libros à noſtri Ordinis Patribus editos, vel impoſterum edendos imprimant, recudant, aut alibi recuſos intra S. R. Imperij, Regnorúmque ad Ditionum hæreditariarum Domus Auſtriacæ fines adducant, vendant, vel diſtrahant absque aſſenſu & facultate dictorum Patrum ſub graviſſima mulcta &c. Hinc Ego F. FRANCISCVS SELDER, Ord. FF. Min. Recollect. Prov. Argent. Ministri Provinciali s, Joan. Baptistæ Mayr, Typographo Aulico & Academico Salisburgi in impreſſione Theologiæ Moralis ſuper decem Præcepta Decalogi à M. V. P. Patritio Sporer ejusdem Provinciæ Lectore Jubilato, ac Diffinitore compoſitæ, per præſentes facultatem concedo utendi dicto Privilegio. In quorum fidem has mea manu ſubſcriptas, & Offi-

cij

cij ſigillo munitas dedi in Conventu noſtro Auguſtano die 13. Jun. 1686.

(L. S.)

F. FRANCISCUS,
qui ſupra.

Facultas A.R.P. Miniſtri Provincialis.

EGo FRANCISCUS SELDER, Ord. FF. Min. Recoll. p. t. Provinciæ Argent. MINISTER PROVINCIALIS, hiſce facultatem, quantùm in me eſt, concedo, ut *Tractatus quartus Theologiæ Moralis ſuper Decalogum*, à M. V. P. PATRITIO SPORER, Provinciæ noſtræ SS. Theologiæ Lectore Jubilato, conſcriptus, ac à Theologis ad id deputatis lectus ac cenſus prælo dari poſſit. In cujus fidem has Officij mei ſigillo munitas dedi in Conventu noſtro Auguſtano die 13. Jun. 1686. (*L.S.*)

F. FRANCISCUS,
qui ſuprà.

Approbationes Theologorum Ordinis.

APPROBATIO I.

HIc quoque Tractatus quartus PRÆLIMINARIS *ad Præcepta ſecundæ Tabulæ de Juſtitia & Reſtitutione in Communi*, à M. V. P. PATRITIO SPORER, Ordin. FF. Min. Recollect. Provinciæ Argentinæ tertio Definitore ac Lectore Jubilato, eadem ſtyli claritate, ſoliditate, ac brevitate, qua priores, digeſtus ac efformatus, *à* me infra, attentè inſpectus & perluſtratus eſt. Et quia januam reſerat, atque greſſibus tutis ducit ad materiam ſubſequentem, non minùs copioſam, difficilem, gravem & perplexam, quàm omnibus Sacerdoribus, præſertim animarum paſtoribus, apprimè ſcitu neceſſariam; nec aliquid continet, quòd vel eſſet contra doctrinæ Romanæ Eccleſiæ puritatem, vel bonorum morum integritatem, hinc promeretur, ut liberè prorumpat in lucem publicam, præferátque lucem, facémque univerſis.

Ita cenſet

Paſſavij 27. Octobr. Anno 1686

F. LUCHESIUS MANGOLT,
ejusdem Ord. ac Conventûs Paſſav.
p. t. SS. Theol. Lector Ordinar.